sub duobus nris Monarchis degas, et felicitas cum pace communis in omnes Subditos magnorum Monarchorum à Deo Dno rediundet noster magnus Hospodar, et Resp.a utriusque Gentis Poloniæ et M. D. Lit. omnibus Cosaccis ab utraque Parte Borysthenis manentibus, sincere, et vere omnia de tempore (chebelli Confessori) commissa corde Christiano condonat sine ulla vindicta hanc gratiam, dum à duobus Monarchis Cosacci recipiens (præmissa innotescentia) statim avellent se à protectione inimicorum sacrosanctæ Crucis, et nulla condicta amen, aut fædus cum illis habeant, quinimo ad Sacram Regiam Maiestatem delegatos pro Comitijs cum obedientia se conferant. Ideoque notam facimus DD. VV. curam nostram circa pacificationem Ukrainæ appositam, ne aliquo (quod avertat Deus) sequatur effusio sanguinis Christiani; Pro debito nostro Juramento obligati significamus id VV. DD. sperando, quod grate hanc Amnistiam à duobus Monarchis oblatam suscipietis et ad media pacificationis qualis accedetis, quod VV. DD. tanquam hominibus Christianis, si placebit, et hac super re declaratio emanabit, deligetis de medio vestri, et mittetis ad Nos, ut sciatis Nos non aliud tractare nisi non profusionem sanguinis Christiani. Hac in re assecuramus quoque V. DD. ex parte Regia, quod ille Clementiam suam non denegabit subditis, immo supplicationi respondebit misericorditer: Nam ambo Monarchæ commiserunt Nobis, ut secundum iuratos tractatus effusio